

18. Ac licet aliud detur, & quidem haud levis μέσον intelligendi Scripturas Sacras, συναφῆα textus, εὐμῆ γέμενα & ἐπόμενα κατ' ἀκριβέστερον inter sese conferantur, & inde τῶν μέσων cōcluditur vis & sensus genuinus. Quem interpretandi modum omnibus aliis præferentes, uti persuasi, imò & expertes sumus ipsi, ita aliis quoque eundem observandum commendamus.

19. Verùm, quia de propositionibus nullo modo judicare possum, nisi prius ejusdem partes, quæ sunt Subjectum & prædicatum, percalleam, ita multò minus de integra oratione.

20. Δὲ γὰρ πρῶτον, inquit Aristoteles, θεῶν ἢ ἄνθρωπων ἔστι καὶ ἢ ρῆμα. ἔπειτα ἢ ἐστὶν ἀπόφασις καὶ καὶ φασίς. In historia Animalium Δ. κεφ θ.

21. Hinc etiam Plato, primos gradus ad rei cognitionem nominat ὄνομα καὶ λόγος, eò quòδ ὄνομα sic θήλωμα ἢ μήρημα ἔστι πρᾶγμα.

22. Paradigmatis loco sit nobis incisum ultimum v. 8, c. 40. Esaiæ: דבר אלהינו יקום לעולם

23. Hoc autem in membro occurrit dictio illa, absentibus punctis valdè ἀμφίβολα דבר. Et hoc tu mihi interpretare? sed remotis & non inspectis interpretationibus aliis omnibus, quibus etiam, ἀπὸ πρῶτος tantummodò creditur. Nonne utrumque & דבר pestis, & דבר verbum, subsistere h. l. posse videbitur?

24. Videbitur fanè, (licet revera non sit concedendum) ex coherentia versus 6. 7. 8. Utiquè gramen est populus. Exarescit gramen, decidit flos, & pestis (id est pœna: sæpius enim aliàs species loco ge-

co ge-